

cilium rerum. Hoc est quod corruscat
in Elixir, & quod habet de tinctura im-
pressionem, & incipit à potente, & per-
ducit ad actionem.

Omnis præparatio uana est propter
hanc, illius rei quam composuerunt,
prohibitione eius ab actu suo infirma-
ta est. Facta ignota, propter hoc ne co-
gnoscat omnis animus concupiscen-
tiam suam. Fluit, quod uidentes dicant.

Præparamus eam cum omni præ-
paratione, nec adepti sumus eam, &
cum scientia fecimus illam, & cum præ-
parationibus sapienter operati sumus.
Et per hoc stultis sunt stultiores, qui
præparauerunt illud, quod non habet
tincturam in se, ex omni re quæ tendit
ad nihilum, & credunt bene facere, sed
nihil acquirunt, præter laborem, & sunt
per hoc inflati, quia in impossibilitate
excæcati sunt à ueritate, & præparantes
ab opinione sua, cadunt.

Dixerunt sapientes antiqui. Hircus
est, nec cognoscit, conuenit apud con-
siderantem, & uidentem ad arandum
siue pascendum cum Camelis, Super-
bit